

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 303 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 220.

220.

Cod. CCCIII. n. 3-4.

Cod. CCCIII.

Chartac. Fol. Sec. 13.

K
3.25Henr. de Vima-
ria tract. de X
preceptis.

Henrici de Vimarina tractatus de X pre-
ceptis incipit: "Audi Grael precepta Dei:
In verbis propositis." In fine: "Expliciant
precepta in vigilia Pentec. 1444." Et idem
tractatus, quem in Cod. CVI. n. 2. Henrico de
Vimarina descripsimus.

2.

Matthia Engel-
schalci collatio
capitulari.

Matthia Engelchalci collatio, quam habuit in
capitulo Monasterii O. S. B. inferioris Althake.
Incipit: "Inventa est hoc Venerabilis in Christo
pater Dei. In hac sacratissima vigilia." In fine
additur: "Hanc collationem fecit magister Ma-
thias Engelchalcus in presencia venerabilis in
Christo patris et domini domini Abbatis totiusque
conventus Monasterij inferioris Althake anno
domini 1418. In vigilia Nativ. Domini." Colla-
tio hac bis scripta est.

In Chron. Lunelacensis Mantissa p. 409.
vöcatur A. A. L. P. in Univer. Pragensi,
et Althake inferiori Magister.

3.

Collectanea bre-
vior. concernon-
tia.

Collectanea breviorum concernentia, v. g.
psalmi, lectiones etc.

4.

Comentarius
in psalmos.

Comentarius in psalmos. Incipit: "Deatur virgo"
Item nota Augustinus in libro Supputationis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 303 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 221.

Cod. CCCIII. n. 5. 6.

221.

5.

K
325Nic. de Lyra
exposit. domini-
cae passionis

Nicolai de Lyra expositio dominicae passio-
nis. Incipit: "Crespus factus cum discipulis etc."
Passionem Domini a quatuor Evangelistis scrip-
tam legimus. Hanc accipit index alpha-
beticus in s. scriptura textus.

6.

Theobaldi Episcopi
Physiologus

Theobaldi Episcopi Physiologus, seu Liber
de naturis XII. animalium metricè scriptus,
cum Commentario prosaico, seu expositione mor-
ali. Initium est:

"Tres leo naturas et tres habet inde figuras".

Commentarius incipit: "Quatuor sunt quae im-
pediunt naturam humanam". Post pauca di-
xit commentator: "Sed causa efficiens hujus
libri fuit quidam episcopus Parisiensis in
naturali scientia peritus fide magnus nomi-
ne Theobaldus — Sed titulus hujus li-
bri est talis physiologus de naturis in animali-
um". Eiusdem libri meminit Kropff. in Bi-
blioth. Medic. p. 46. Fabric. Bibl. med. et
inf. Lat. T. VI. p. 224. et prolixius Freytag
Analect. litter. p. 987. Vide etiam Cod. m. s. num.
CLXI. n. 2. quem ex presenti Commentario
suspicio esse excerptum.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 303 [Verbleib unbekannt]

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27654